

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Curiositas I
cum fonte primo

Graue curiositatis est uicium
que dum cuiuslibet mentem ad inuestigandum uitam
proximi exterius ducit, semper ei intima sua abscondit
ut aliena sciens se nesciens sit,
et curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti,
tanto fiat ignarus sui.

Gregorius omelia XXXVI. super illud: Iuga bouum emi quinque.

Graue namque curiositatis est uitium,
quae dum cuiuslibet mentem ad inuestigandam uitam
proximi exterius ducit, semper ei sua intima abscondit,
ut aliena sciens, se nesciat,
et curiosi animus quanto peritus fuerit alieni meriti,
tanto fiat ignarus sui.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 36.4
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.335, ll.106-110).